

Petrus de Vinea

*Ep. V 13 (Diuinis et humanis
instutitis non absonat...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 13 (Diuinis et humanis
instutitis non absonat...)*

1220-1250

Eidem, ut ponantur insidiae ad capiendum proditorem.

1. Diuinis et humanis instutitis non absonat, quod, qui nostram non uerentur lacessere maiestatem et contra nostra cotidie commoda moliuntur, a nobis et a Regni nostri fidelibus in personis et rebus eis inferri debeant detrimenta. 2. Cum I. de ..., qui factionibus ... de ... usque modo pro uiribus extitit aduersatus, coram nostrae celsitudinis effigie comparere deuitans, ut imperialis euadat aculeos ultionis, sub fictae pietatis uelamine Apostolorum intendant limina uisitare: nos, nolentes, ut fraus et dolus patrocinentur eidem, fidelitati tuae damus firmiter in mandatis, quatenus per uias et semitas ponas insidias et eum capias, si inciderit in easdem, ut quem imperiali diademati inferre non puduit lesionem, cadat ipse in decipulam, quam tetendit.